

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Titi Livi Ab urbe condita libri

Livius, Titus

Berlin, 1906

Periochen

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-4422](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-4422)

## T. LIVI

### AB VRBE CONDITA LIBRI XXXV PERIOCHA.

P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum missus Ephesi cum Hannibale, qui se Antiocho adiunxerat, conlocutus est, ut, si fieri posset, metum ei, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. inter alia cum quaereret, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondit Alexandrum, Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. quaerenti deinde, quem secundum poneret, 'Pyrrhum' inquit; castra metari primum docuisse, ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse. exsequenti, quem tertium diceret, semet ipsum dixit. ridens Scipio 'quidnam tu dices, si me' inquit 'uicisses?' 'tunc nero me' inquit 'et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios posuissem'. inter cetera prodigia, quae plurima fuisse traduntur, bovem Cn. Domitii consulis locatam 'Roma cave tibi' refertur. Nabis, Lacedaemoniorum tyrannus, incitatus ab Aetolis, qui et Philippum et Antiochum ad inferendum bellum populo Romano sollicitabant, a populo Romano descivit, sed bello adversus Philopoemenem, Achaeorum praetorem, gesto ab Aetolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi Romani defecerunt. cum his societate iuncta Antiochus, Syriae rex, bellum Graeciae cum intulisset, complures urbes occupavit, inter quas Chalcidem et totam Euboeam. res praeterea in Liguribus gestas et apparatus bellum ab Antiocho continet.

## T. LIVI

### AB VRBE CONDITA LIBRI XXXVI PERIOCHA.

Aclius Glabrio consul Antiochum ad Thermopylas Philippo rege adiuvante victum Graecia expulit idemque Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica consul aedem matris deum, quam ipse in Palatium intulerat vir optimus a senatu iudicatus, dedicavit idemque Boios Gallos victos in deditionem accepit; de his triumphavit. praeterea navalia certamina prospera adversus praefectos Antiochi regis referuntur.

Abweichungen vom Text der Jahnschen Ausgabe.  
(Lipsiae MDCCLIII.)

16 descivit, sed] Mg.; descivisse et N, (cum).. descivisset Jahn.  
— 17. Philopoemenem] die ed. princeps; philopoemenen die Hss. und Jahn. — 19. his hinzugefügt nach Mg. (iis). — 22. cum hinzugefügt von Ml. — 22. bellum] Roßbach; belli die Hss. — 27. de his] NP; et de his Jahn.